



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVI. De Præscriptionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

fori, exceptio procuratoria &c. *procuratoria* exceptiones sunt, quæ non
runt tantum, sed & perimunt atque
dunt actionem, ut exceptio pacti
venti de non petendo, exceptio
dicatæ, exceptio transactionis & ju
randi.

2. *Quando proponenda sunt hæc
ceptiones?*

Dilatorias quidem regulariter
e. Inter 20. oportet ante litem contestatam,
inf. De tra terminum a iudice constitutum
sent. & re in casibus exceptis. Peremptoria
jud. c. 4. ro regulariter objici possunt ante
& 12. h. t. litem contestationem, usque ad
l. 207. De tiam, quia post sententiam res judicata
R. I. betur pro veritate.

De Præscriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, sed &
scriptionibus, sive usucapionibus
defendere Reus potest, objiciendo
Actori, quod rem vel jus, de quo agitur
juste præscripserit, estque hæc exceptio
peremptoria præscriptionis.

1. Quid est Prescriptio seu Usucapio?

Est adjectio domini per continuatio-
nem possessionis temporis lege defi-
niti. *Inst. b. t. in pr.*

2. Quae sunt requisita ad prescriptio-
nem?

Possessio continua, bona fides & ju-
stus titulus, id est, justa causa acquiren-
di: ut quidem res mobilis triennio, im-
mobilis X. annis inter praesentes. *XX. l. ult. C. De
inter absentes, res vero Ecclesiae alicujus prescript.
XL. annis, jus denique Ecclesiae Roma. long. temp.
nae non nisi centum annorum spatio praes. c. 4. 6. 8.
scribatur. C. 13. b. t.*

3. Quis si ab initio quis bona fide possideat
rem, verum ante completam usucapionem
superveniat mala fides?

Haec quidem jure civili non interrumpit
usucapionem, eo, quod mala fides super-
veniens sit facti, usucapio vero juris: at ju-
re Pontificio non attenditur subtilitas juris *c. ult. b. t.*
Civilis, quippe involvens peccatum mortua-
le, ut nulla valeat absque bona fide praescri-
ptio tam Canonica quam Civilis.

De Sententia & re judicata.

TIT. XXVII.

Postre-